



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

III. De his qui viduas acceperint, ne diacones efficiantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

cap. 138. &  
Burchar.  
li. 2. cap. 37.

\* inter ostiarios deputetur, vel inter lectores: ita vt euangelia & Apostolum non legat. Si qui autem ante ordinati sunt diacones, inter subdiacones habeantur: ita vt manum non imponant, aut sacra non contingant. \* Pœnitente vero dicimus de eo, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, grauissimisque peccatis publicam pœnitentiam gerens, sub \* cilicio, diuino fuerit reconciliatus altario. III.

Item constituit sancta Synodus, vt lector fidelis, si viduam alterius vxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper lector habeatur, aut forte subdiaconus.

## I V.

Subdiaconus autem, defuncta vxore, si aliam duxerit, ab officio in quo ordinatus fuerat, remoueatur, & habeatur inter ostiarios, vel inter lectores: ita vt euangeliũ & \* Apostolum non legat; propterea, ne qui ecclesiæ seruiert, publicis officiis seruire videatur. Qui vero tertiam, quod nec dicendum aut audiendum est, acceperit, abstentus biennio, postea inter laicos reconciliatus per pœnitentiam, communicet.

## V.

Burch. lib. 2.  
c. 141. De  
cre. luon.  
part. 6. ca.  
24j.

Presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, vel quilibet ecclesiæ deputatus clericus, si intra ciuitatem fuerit, vel in loco in quo ecclesia est, aut castello, aut vico, aut villa, & ad ecclesiam ad sacrificium quotidianum non accesserit, clericus non habeatur, si \* castigatus per satisfactionem veniam ab episcopo \* noluerit promereri.